



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hosij libros edit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ta sere Societate postulauerat, & impetraruerat; tamen ut nouos adiungeret precatores ex ipso conuentu, sedulo cunctos, qui Petricouiam conuerterant Sacerdotes, adiuit, excitauit, edocuit. Ipse nominatim ob eam causam ter decies sacrū fecit, quæ gratiarum Missæ dicebantur ab Innocentio Quarto, ut putabatur, institutæ. Ad eamque predicationem, tum alios Sacerdotes, tum ipsum Nuntium inuitauit. Deinde Varmiensis Episcopi Stanislai Hosij Dialogum de communione sub vtraq; specie: deque Coniugio Sacerdotum, cum iam exempla deficerent, temporiq; disputatio per apposita esset, recognouit, præloq; vulgandum curauit. Interim ætate iam præcipitata Gnesensis Archiepiscopus Nicolaus idemque Regni Primas extinguitur: sufficiturq; Regis Procancelarius, qui iam destinatus seni, traditusq; erat adiutor Ioannes Przerembius prompta vir prudenter, & ad res gerendas in primis aptus. Ei, ut occupatissimo, dum Societatis notitiam per libellum tradere meditatur Canisius, præuertit ille, Patreq; ad se accersito, post egregia humanitatis documenta demonstrat, nullam hærere sibi curam potiorem, quam de Collegiis Societati in Polonia

Hosij libros
edidit.

Archiepiscopi
Gnesensis de
Societate op-
mio.